

47. Vae vobis qui aedificatis monumenta prophetarum: patres autem vestri occiderunt illos.
48. Profecto testificamini quod consentitis operibus patrum vestrorum: quoniam ipsi quidem eos occiderunt, vos autem aedificatis eorum sepulchra.
49. Propterea et Sapientia Dei dixit: Mittam ad illos prophetas et apostolos, et ex illis occident, et persequentur.
50. Ut inquiratur sanguis omnium prophetarum, qui effusus est a constitutione mundi a generatione ista,
51. A sanguine Abel usque ad sanguinem Zachariae, qui perit inter altare et aedem: ita dico vobis, requiratur ab hac generatione.
52. Vae vobis legisperitis, quia tulistis clavem scientiae: ipsi non introistis, et eos qui introibant, prohibuistis (1).
53. Cum autem haec ad illos diceret, coeperunt pharisaei et legisperiti graviter insistere, et os ejus opprimere de multis.
54. Insidentes ei, et quaerentes aliquid capere de ore ejus, ut accusarent eum.

(1) Como estas reprensiones son muy semejantes á las que refiere S. Mateo en el cap. xiii. v. 13. y siguientes, Mr. Arnoldo coloca aqui ese texto. Mas continuando en seguir el orden que resulta del paralelo de los cuatro evangelistas, suponemos que unas mismas reprensiones se hicieron en dos ocasiones diferentes.

~~~~~  
CAPITULO XIX.

Discurso de Jesus contra la hipocresia y la avaricia, y sobre la vigilancia.

S. Lucas, XII. 1. y siguientes.

XCIX-CII.  
Sermo Christi  
et adversus  
hypocritas,  
et avaritiam,  
et de vigilan-  
tia.

1. Multis autem turbis circumstantibus, ita ut se invicem conculerent, coepit dicere ad discipulos suos: Attendite a fermento pharisaeorum, quod est hypocrisis.
2. Nihil autem opertum est, quod non reveletur: neque absconditum, quod non sciatur.
3. Quoniam quae in tenebris dixistis, in lumine dicentur, et quod in aurem locuti estis in cubiculis, praedicabitur in tectis.
4. Dico autem vobis amicis meis: Ne terramini ab his qui occidunt corpus, et post haec non habent amplius quid faciant.
5. Ostendam autem vobis quem timeatis: timeate eum qui, postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam: ita dico vobis, hunc timeate.
6. Nonne quinque passeress veneunt dipondio, et unus ex illis non est in oblivione coram Deo?
7. Sed et capilli capitis vestri omnes numerati sunt: nolite ergo timere: multis passeribus plura estis vos.
8. Dico autem vobis: Omnis quicumque confessus fuerit me coram hominibus, et Filius hominis confitebitur illum coram angelis Dei.
9. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabitur coram angelis Dei.
10. Et omnis qui dicit verbum in Filium hominis, remittetur illi: et autem qui in Spiritum Sanctum blasphemaverit, non remittetur.
11. Cum autem inducent vos in synagogas, et ad magistratus et p-

12. Spiritus enim Sanctus docebit vos in ipsa hora quid oporteat vos dicere.
13. Ait autem ei quidam de turba: Magister, dic fratri meo, ut dividat mecum hereditatem.
14. At ille dixit illi: Homo, quis me constituit judicem aut divisorem super vos?
15. Dixitque ad illos: Videte, et cavete ab omni avaritia: quia non in abundantia cujusquam vita ejus est, ex his quae possidet.
16. Dixit autem similitudinem ad illos, dicens: Hominis cujusdam divitis uberes fructus ager attulit.
17. Et cogitabat intra se, dicens: Quid faciam, quia non habeo quo congregem fructus meos?
18. Et dixit: Hoc faciam: Destruam horrea mea, et majora faciam, et illic congregabo omnia quae nata sunt mihi, et bona mea:
19. Et dicam animae meae: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare.
20. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam reptunt (1) á te: quae autem parasti, cujus erunt?
21. Sic est qui sibi thesaurizat, et non est in Deum dives.
22. Dixitque ad discipulos suos: Ideo dico vobis: Nolite solliciti esse animae vestrae quid manducetis: neque corpori, quid induamini.
23. Anima plus est quam esca, et corpus plus quam vestimentum.
24. Considerate corvos, quia non seminant, neque metunt: quibus non est cellarium, neque horreum, et Deus pascit illos: quanto magis vos pluri estis illis!
25. Quis autem vestrum cogitando potest adjicere ad staturam suam cubitum unum?
26. Si ergo neque quod minimum est, potestis, quid de ceteris solliciti estis?
27. Considerate lilia, quomodo crescunt: non laborant, neque nent: dico autem vobis, nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut unum ex istis.
28. Si autem fenum quod hodie est in agro, et eras in elibanum mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos, puillae fidei!
29. Et vos nolite quaerere quid manducetis aut quid bibatis, et nolite in sublime tolli.
30. Haec enim omnia gentes mundi quaerunt: Pater autem vester scit quoniam his indigetis.
31. Verumtamen quaerite primum regnum Dei, et justitiam ejus, et haec omnia adjicientur vobis.
32. Nolite timere, pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum.
33. Vendite quae possidetis, et date eleemosynam: facite vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in caelis: quo fur non appropriat, neque tinea corrumpit.
34. Ubi enim thesaurus vester est, ibi et cor vestrum erit.
35. Sint lumbi vestri praecincti, et lucernae ardentes in manibus vestris.
36. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando revertatur a nuptiis, ut cum venerit, et pulsaverit, confestim aperiant ei.

(1) El griego está equívoco, y puede significar igualmente el futuro *repentent*.

37. Beati servi illi, quos cum venerit dominus, invenerit vigilantes, amen dico vobis, quod praeinget se, et faciet illos discumbere, et transiens ministrabit illis.

38. Et si venerit in secunda vigilia, et si in tertia vigilia venerit, et ita invenerit, beati sunt servi illi.

39. Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret utique, et non sineceret perfoli domum suam.

40. Et vos estote parati, quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet.

41. Ait autem ei Petrus: Domine, ad nos dicis hanc parabolam, an et ad omnes?

42. Dixit autem Dominus: Quis, putas, est fidelis dispensator, et prudens, quem constituit dominus supra familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram?

43. Beatus ille servus, quem cum venerit dominus, invenerit ita facientem.

44. Vere dico vobis, quoniam supra omnia quae possidet, constituet illum.

45. Quod si dixerit servus ille in corde suo: Moram facit dominus meus venire: et coeperit percutere servos et ancillas, et edere, et bibere, et inebriari:

46. Veniet dominus servi illius, in die qua non sperat et hora qua nescit, et dividet eum, partemque ejus cum infidelibus ponet (1).

47. Ille autem servus, qui cognovit voluntatem domini sui, et non praeparavit, et non fecit secundum voluntatem ejus, vapulabit multis.

48. Qui autem non cognovit, et fecit digna plagis, vapulabit paucis. Omni autem cui multum datum est, multum quaeretur ab eo: et cui commendaverunt multum, plus petent ab eo.

49. Ignem veni mittere in terram, et quid vobis, nisi ut accendantur?

50. Baptismo autem habeo baptizari: et quomodo coarctator usque dum periciatur?

51. Putatis quia pacem veni dare in terram? non, dico vobis, sed separationem.

52. Erunt enim ex hoc quinque in domo una divisi: tres in duos, et duo in tres dividuntur.

53. Pater in filium, et filius in patrem suum, mater in filiam, et filia in matrem, socras in nuram suam, et norus in socrum suam.

54. Dicebat autem et ad turbas: Cum videritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis: Nubis venit: et ita fit.

55. Et cum austrum flantem, dicitis: Quia aestus erit: et fit.

56. Hypocritae, faciem caeli et terrae nostis probare: hoc autem tempus quomodo non probatis?

57. Quid autem et a vobis ipsis non iudicatis quod justum est?

58. Cum autem vadis cum adversario tuo ad principem, in via da operam liberari ab illo, ne forte trahat te ad iudicem, et iudex tradat te exactori, et exactor mittat te in carcerem.

59. Dico tibi, non exies inde, donec etiam novissimum minutam reddas.

¶ 1. Como esta instruccion sobre la vigilancia es muy parecida á la que se halla en el cap. xxiv de S. Mateo, Mr. Arnoldo pone aqui este texto; mas el paralelo de los cuatro evangelistas supone que se repitió en dos distintas veces.

(1) Como esta instruccion sobre la vigilancia es muy parecida á la que se halla en el cap. xxiv de S. Mateo, Mr. Arnoldo pone aqui este texto; mas el paralelo de los cuatro evangelistas supone que se repitió en dos distintas veces.

CAPITULO XX.

Discurso de Jesús sobre la penitencia. Mujer encorvada curada en día sabado.

S. Lucas, XIII. 1-22.

1. ADERANT autem quidam ipso in tempore, nuntiantes illi de Galilaeis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificiis eorum.

2. Et respondens, dixit illis: Putatis quod hi Galilaei pro omnibus Galilaeis peccatores fuerint, quia talia passi sunt?

3. Non, dico vobis: sed nisi poenitentiam habueritis, omnes similiter peribitis.

4. Sicut illi decem et octo, supra quos cecidit turris in Siloe, et occidit eos: putatis quia et ipsi debitores fuerint praeter omnes habitantes in Jerusalem?

5. Non, dico vobis: sed si poenitentiam non egeritis, omnes similiter peribitis.

6. Dicebat autem et hanc similitudinem: Arborem ficí habebat quidam plantatam in vinea sua, et venit quaerens fructum in illa, et non invenit.

7. Dixit autem ad cultorem vineae: Ecce anni tres sunt ex quo venio quaerens fructum in ficulnea hac, et non invenio: succide ergo illam: ut quid etiam terram occupat?

8. At ille respondens, dicit illi: Domine, dimitte illam et hoc anno, usque dum fodiam circa illam, et mittam stercora:

9. Et si quidem fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eam.

10. Erat autem docens in synagoga eorum sabbatis.

11. Et ecce mulier quae habebat spiritum infirmitatis annis decem et octo: et erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere.

12. Quam cum videret Jesus, vocavit eam ad se, et ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua.

13. Et imposuit illi manus, et confestim erecta est, et glorificabat Deum.

14. Respondens autem archisynagogus, indignans quia sabbato curasset Jesus, dicebat turbas: Sex dies sunt, in quibus oportet operari: in his ergo venit, et curamini, et non in die sabbati.

15. Respondens autem ad illum Dominus, dixit: Hypocritae, unusquisque vestrum sabbato non solvit bovem suum aut asinum a praecipio, et ducit adaquare?

16. Hanc autem filiam Abrahae, quam alligavit Satanas, ecce decem et octo annis, non oportuit solvi a vinculo isto die sabbati?

17. Et cum haec diceret, erubescerant omnes adversarii ejus: et omnis populus gaudebat in universis quae gloriose fiebant ab eo.

18. Dicebat ergo: Cui simile est regnum Dei? et cui simile aestimabo illud?

19. Simile est grano sinapis, quod acceptum homo misit in hortum suum, et crevit, et factum est in arborem magnam, et volucres caeli requieverunt in ramis ejus.

20. Et iterum dixit: Cui simile aestimabo regnum Dei?

21. Simile est fermento quod acceptum mulier abscondit in farinae satae tria, donec fermentaretur totum.

22. Et ibat per civitates et castella docens, et iter faciens in Jerusalem.

CIII et CIV, Sermo Christi de poenitentia. Inclinata mulier sabbato curata.

Como esta instruccion sobre la penitencia es muy parecida á la que se halla en el cap. xxiv de S. Mateo, Mr. Arnoldo pone aqui este texto; mas el paralelo de los cuatro evangelistas supone que se repitió en dos distintas veces.

## CAPITULO XXI.

Discurso de Jesus sobre el número de los escogidos, la vocacion de los gentiles y la reprobacion de los Judios.

*San Lucas, XIII. 23. y siguientes.*

CV et CVI.  
Sermo Christi de salvandorum numero, gentium vocacione, Judaeorum reprobatione.

23. Arr autem illi quidam: Domine, si pauci sunt qui salvantur? Ipse autem dixit ad illos:
24. Contendite intrare per angustam portam: quia multi, dico vobis, quaerent intrare, et non poterunt.
25. Cum autem intraverit paterfamilias, et clauserit ostium, incipietis foris stare, et pulsare ostium, dicentes: Domine, aperi nobis: et respondens dicit vobis: Nescio vos unde sitis.
26. Tunc incipietis dicere: Manducavimus coram te, et bibimus, et in plateis nostris docuisti.
27. Et dicit vobis: Nescio vos unde sitis: discedite a me, omnes operarii iniquitatis.
28. Ibi erit fletus et stridor dentium: cum videritis Abraham, et Isaac, et Jacob, et omnes prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras.
29. Et venient ab Oriente, et Occidente, et Aquilone, et Austro, et accumbent in regno Dei.
30. Et ecce sunt novissimi, qui erunt primi, et sunt primi, qui erunt novissimi.
31. In ipsa die, accesserunt quidam pharisaeorum, dicentes illi: Exi, et vade hinc: quia Herodes vult te occidere.
32. Et ait illis: Ite, et dicite vulpi illi: Ecce ejectionis daemonia, et sanitates perficio hodie et cras, et tertia die consummor.
33. Verumtamen oportet me hodie et cras et sequenti die ambulare: quia non capit prophetam perire extra Jerusalem.
34. Jerusalem, Jerusalem, quae occidis prophetas, et lapidas eos qui mittuntur ad te, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum avis nidum suum sub pennis, et noluisti?
35. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico autem vobis, quia non videbitis me, donec veniat cum dicetis: Benedictus qui venit in nomine Domini (1).

(1) Mr. Arnoldo pone aquí los V 37. 38. y 39 del cap. xxii. de S. Mateo en que se halla una expresion semejante; mas se presume por el enlace y el paralelo del texto de los cuatro evangelistas, que se dijo dos veces. El mismo autor advierte, que Jesus predijo tres ocasiones la ruina de Jerusalem, como consta de los capitulos xii. V 34 y 35. xix. V 42. y siguientes, y xxi. V 6. y siguientes. No hay pues inconveniente en que se hubiera anunciado aun cuatro ocasiones, y que en dos de ellas Jesus hubiera usado de las mismas palabras, siendo natural emplear unas mismas expresiones quando se habla de un mismo asunto.

## CAPITULO XXII.

Hidrópico curado en sábado. Parábolas propuestas á los Judios.

*San Lucas, XIV. 1. y siguientes.*

CVII.CX.  
Hydropicus sabbato sanatus Parabolae Judaeis propositae.

1. Et factum est cum intraret Jesus in domum cujusdam principis pharisaeorum sabbato manducare panem, et ipsi observabant eum.
2. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum.

## S. Lucas, XIV.

3. Et respondens Jesus, dixit ad legisperitos et pharisaeos, dicens: Si licet sabbato curare?
4. At illi tacuerunt: ipse vero apprehensum sanavit eum, ac dimisit.
5. Et respondens ad illos, dixit: Cujus vestrum asinum aut bos in puteum cadet, et non continuo extrahet illum die sabbati?
6. Et non poterant ad haec respondere illi.
7. Dicebat autem et ad invitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligere, dicens ad illos:
8. Cum invitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honorator te sit invitatus ab illo:
9. Et veniens is qui te et illum vocavit, dicat tibi: Da huic locum: et tunc incipias cum rubore novissimum locum tenere.
10. Sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in novissimo loco: ut cum venerit qui te invitavit, dicat tibi: Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus:
11. Quia omnis qui se exultat, humiliabitur, et qui se humiliat, exaltabitur.
12. Dicebat autem et ei qui se invitaverat: Cum facis prandium, aut coenam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos divites: ne forte te et ipsi reinvitent, et fiat tibi retributio.
13. Sed cum facis convivium, voca pauperes, et debiles, claudos et caecos:
14. Et beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione justorum.
15. Haec cum audisset quidam de simul discumbentibus, dixit illi: Beatus qui manducabit panem in regno Dei.
16. At ipse dixit ei: Homo quidam fecit coenam magnam, et vocavit multos.
17. Et misit servum suum hora coenae dicere invitatis ut venirent, quia jam parata sunt omnia.
18. Et coeperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Villam emi, et necesse habeo exire, et videre illam: rogo te, habe me excusatum.
19. Et alter dixit: Juga boum emi quinque: et eo probare illa: rogo te, habe me excusatum.
20. Et alius dixit: Uxorem duxi, et ideo non possum venire.
21. Et reversus servus, nuntiavit haec domino suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit servo suo: Exi cito in plateas et vicus civitatis, et pauperes, ac debiles, et caecos, et claudos, introduc huc.
22. Et ait servus: Domine, factum est ut imperasti, et adhuc locus est.
23. Et ait dominus servo: Exi in vias et sepes: et compelle intrare, ut impleatur domus mea.
24. Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit coenam meam.
25. Ibant autem turbae multae cum eo, et conversas, dixit ad illos:
26. Si quis venit ad me, et non odit patrem suum et matrem, et uxorem et filios, et fratres, et sorores, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus.
27. Et qui non bajulat crucem suam, et venit post me, non potest meus esse discipulus.
28. Quis enim ex vobis volens turrim aedificare, non prius sedens computat sumptus qui necessarii sunt, si habeat ad perficiendum:

- 29. Ne postquam posuerit fundamentum, et non potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei,
- 30. Dicentes: Quia hic homo coepit aedificare, et non potuit consummare?
- 31. Aut quis rex irurus committere bellum adversus alium regem, non sedens prius cogitat si possit cum decem milibus occurrere ei qui cum viginti milibus venit ad se!
- 32. Alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens, rogat ea quae pacis sunt.
- 33. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus.
- 34. Bonum est sal: si autem sal evanuerit, in quo condietur?
- 35. Neque in terram, neque in sterquilinum utie est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat.

CAPITULO XXIII.

Fariseos que se escandalizaron de la caridad de Jesus, y parábolas que el Señor les propuso.

S. Lucas, XV. 1. y siguientes.

CXI et CXII  
Pharisaei cha-  
ritate Christi  
scandalizati;  
parabolae eis  
propositae.

- 1. ERANT autem appropinquantes ei publicani et peccatores, ut audirent illum.
- 2. Et murmurabant pharisaei et scribae, dicentes: Quia hic peccatores recipit, et manducat cum illis.
- 3. Et ait ad illos parabolam istam, dicens:
- 4. Quis ex vobis qui habet centum oves: et si perdidit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deserto, et vadit ad illam quae perierat, donec inveniat eam?
- 5. Et cum inveniret eam, imponit in humeros suos gaudens:
- 6. Et veniens domum convocat amicos et vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam, quae perierat.
- 7. Dico vobis, quod ita gaudium erit in caelo super uno peccatore poenitentiam agente, quam super nonaginta novem justis, qui non indigent poenitentia (1).
- 8. Aut quae mulier habens drachmas decem, si perdidit drachmam unam, nonne accendit lucernam, et everrit domum, et quaerit diligenter donec inveniat?
- 9. Et cum invenit, convocat amicas et vicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inveni drachmam quam perdideram.
- 10. Ita dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei super uno peccatore poenitentiam agente.
- 11. Ait autem: Homo quidam habuit duos filios:
- 11. Et dixit adolescentior ex illis patri: Pater, da mihi portionem substantiae quae me contingit. Et divisit illis substantiam.
- 13. Et non post multos dies, congregatis omnibus, adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam, et ibi dissipavit substantiam suam, vivendo luxuriose.

(1) Jesucristo habia usado de una comparacion semejante hablando del mismo asunto en S. Mateo cap. xviii. v. 12 y 13, en lo que conviene Mr. Arnolde, y el mismo hace esta advertencia. No es pues extraño que se encuentren otras parábolas y otras comparaciones repetidas en distintas ocasiones.

- 14. Et postquam omnia consummasset, facta est fames valida in regione illa, et ipse coepit egere.
- 15. Et abiit, et adhaesit unum civium regionis illius: et misit illum in villam suam ut pasceret porcos.
- 16. Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant, et nemo illi dabat.
- 17. In se autem reversus, dixit: Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo!
- 18. Surgam, et ibo ad patrem meum, et dicam ei: Pater, peccavi in caelum et coram te.
- 19. Jam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut unum de mercenariis tuis.
- 20. Et surgens, venit ad patrem suum. Cum autem adhuc longe esset, vidit illum pater ipsius, et misericordia motus est, et accurrens cecidit super collum ejus, et osculatus est eum.
- 21. Dixitque ei filius: Pater, peccavi in caelum et coram te, jam non sum dignus vocari filius tuus.
- 22. Dixit autem pater ad servos suos: Cito proferte stolam primam, et induite illum, et date annulum in manum ejus, et calceamenta in pedes ejus.
- 23. Et adducite vitulum saginatum, et occidite, et manducemus, et epulemur:
- 24. Quia hic filius meus mortuus erat, et revixit: perierat, et inventus est. Et coeperunt epulari.
- 25. Erat autem filius ejus senior in agro: et cum veniret, et appropinquaret domui, audivit symphoniam et chorum.
- 26. Et vocavit unum de servis, et interrogavit quid haec essent.
- 27. Isque dixit illi: Frater tuus venit, et occidit pater tuus vitulum saginatum, quia saluum illum recepit.
- 28. Indignatus est autem, et volebat introire. Pater ergo illius egressus coepit rogare illum.
- 29. At ille respondens, dixit patri suo: Ecce tot annis servio tibi, et nunquam mandatum tuum praeterivi, et nunquam dedisti mihi haedum, ut cum amicis meis epularer.
- 30. Sed postquam filius tuus hic qui devoravit substantiam suam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum.
- 31. At ipse dixit illi: Fili, tu semper mecum es, et omnia mea tua sunt:
- 32. Epulari autem et gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, et revixit: perierat, et inventus est.

CAPITULO XXIV.

Otra parábola que Jesus propone á sus discipulos.

S. Lucas, XVI. 1-13.

- 1. DICEBAT autem et ad discipulos suos: Homo quidam erat dives, qui habebat villicum, et hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona ipsius.
- 2. Et vocavit illum, et ait illi: Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuae, jam enim non poteris villicare.
- 3. Ait autem villicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus auferit a me villicationem? fodere non valeo, mendicare crubesco.

CXIII.  
Parabola discipulis proposita.

- 4. Scio quid faciam, et cum amotus fuero a villicatione, recipiant me in domos suas.
- 5. Convocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo?
- 6. At ille dixit: Centum cados olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam, et sede cito, scribe quinquaginta.
- 7. Deinde alii dixit: Tu vero quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe litteras tuas, et scribe octoginta.
- 8. Et laudavit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filii hujus seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt.
- 9. Et ego vobis dico: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula.
- 10. Qui fidelis est in minimo, et in majori fidelis est: et qui in modico iniquus est, et in majori iniquus est.
- 11. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis: quod verum est, quis credet vobis?
- 12. Et si in alieno fideles non fuistis: quod verum est, quis dabit vobis?
- 13. Nemo servus potest duobus dominis servire: aut enim unum odiet, et alterum diliget: aut uni adhaerebit, et alterum contemnet: non potest Deo servire et mammonae.

CAPITULO XXV.

Los fariseos se burlan de Jesus y le tientan. Parábola que les propone.

CXIV.CXVI  
Pharisei Jesum decident et tentant; parabola eis proposita.

- S. Mateo, XIX. 3.-12.
- 3. Et accesserunt ad eum pharisaei, tentantes eum, dicentes: Si licet homini dimittere uxorem suam, quacunque ex causa?
- 4. Qui respondens ait eis: Non legistis, quia praecepit Moyses: qui fecit hominem ab initio, masculum et feminam fecit eos? et dicit: Et dicit: Propter hoc dimittere. tet homo patrem et matrem, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una.
- 6. Itaque jam non sunt duo, sed una caro: quod ergo Deus conjunxit, homo non separet.
- 7. Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandavit dare libellum, et dimittere?
- S. Marcos, X. 2.-12. S. Lucas, XVI. 14. y siguientes.
- 2. Et accedentes pharisaei, interrogabant eum: Si licet viro uxorem dimittere: tentantes eum.
- 3. Et ille respondens, dixit eis: Quid vobis autem novit corda vestra: cum dixerunt: Moy- nio, masculum et femi- ses permisit libellum re- nam fecit eos? et dicit: pudii scribere et dimit- tere.
- 5. Quibus respondens Jesus, ait: Ad duritiem cordis vestri scripsit vo- bis praeceptum istud.
- 6. Ab initio autem crea- turae, masculum et fe- minam fecit eos Deus.
- 7. Propter hoc relin- quet homo patrem suum et matrem, et adhaere- bit ad uxorem suam.
- 8. Et erunt duo in car-
- 14. AUDIEBANT autem omnia haec pharisaei, qui erant avari, et deri- debant illum.
- 15. Et ait illis: Vos estis qui justificatis vos coram hominibus: Deus autem novit corda vestra: quia quod hominibus al- tum est, abominabile est ante Deum.
- 16. Lex et prophetae, usque ad Joannem: ex eo regnum Dei evange- lizatur, et omnis in il- lud vim facit.
- 17. Facilius est autem caelum et terram praer- torere, quam de lege u- num apicem cadere.
- 18. Omnis qui dimittit uxorem suam, et alteram ducit, moechatur: et qui dimissam a viro ducit,



S. Mateo, X.

S. Marcos, VI.

S. Lucas, IX.

- 8. Ait illis: Quoniam ne una: itaque jam non sunt duo, sed una caro.
- 9. Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet.
- 10. Et in domo iterum discipuli ejus de eodem interrogaverunt eum: 11. Et ait illis: Quicumque dimiserit uxorem suam, et aliam duxerit, adulterium committit super eam.
- 12. Dicunt ei discipuli ejus: Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere.
- 11. Qui dixit illis: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est.
- 12. Sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt, et sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus, et sunt eunuchi, qui seipsos castraverunt propter regnum caelorum: qui potest capere capiat.
- Continúa en el capítulo VII de la IV. parte.
- 26. Et in his omnibus, inter nos et vos chaos magnum firmatum est: ut hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare.
- 27. Et ait: Rogo ergo te, pater, ut mittas eum in domum patris mei.
- 28. Hebeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum.
- 29. Et ait illi Abraham: Habent Moysen et prophetas, audiant illos.
- 30. At ille dixit: Non, pater Abraham: sed si quis ex mortuis irerit ad eos, poterintiam agent.
- 31. Ait autem illi: Si Moysen et prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

(1) El paralelo de los tres textos de S. Mateo, cap. xix. v. 9, de S. Marcos, cap. x. v. 11 y 12 y de S. Lucas, cap. xvi. v. 18, determinó á Mr. Toyner á poner aquí las dos narraciones de S. Mateo y S. Marcos. La continuación de la concordancia nos hará ver que en efecto este es su lugar, como opina también Mr. Arnoldo, fundado en la misma observación.

## CAPITULO XXVI.

Discurso de Jesus sobre el escándalo, el perdón de las injurias, la fe y las buenas obras.

S. Lucas, XVII. 1.-11.

CXVII et  
CXVIII.  
Sermo Christi de scandalis, et de ignoscendo, de fide et de bonis operibus.

1. Er ait ad discipulos suos: Impossibile est ut non veniant scandala: vae autem illi per quem veniunt.
2. Utilius est illi, si lapis molaris imponatur circa collum ejus, et projiciatur in mare, quam ut scandalizet unum de pusillis istis.
3. Attendite vobis: Si peccavit in te frater tuus, increpa illum: et si poenitentiam egerit, dimitte illi.
4. Et si septies in die peccaverit in te, et septies in die conversus fuerit ad te, dicens: Poenitet me, dimitte illi.
5. Et dixerunt apostoli Domino: Adauge nobis fidem.
6. Dixit autem Dominus: Si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro, Eradicare, et transplantare in mare, et obediet vobis.
7. Quis autem vestrum habens servum arantem aut pascentem, qui, regresso de agro, dicat illi: Statim transi, recumbe,
8. Et non dicat ei: Para quod coenam, et praecinge te, et ministra mihi donec manducem et bibam, et post haec tu manducabis et bibes?
9. Numquid gratiam habet servo illi, quia fecit quae ei imperaverat?
10. Non puto: sic et vos, cum feceritis omnia quae praecepta sunt vobis, dicit: Servi inutilis sumus: quod debuimus facere, fecimus.

S. Lucas, XI.

S. Juan, VII.

11. Et factum est, dum iret in Jerusalem, transibat per median Saefestus Judaeorum, Scenopegia (1). mariam et Gallileam (1).  
*Continúa en el capítulo IV. de la IV parte.*
2. ERAT autem in proximo dies festum Judaeorum, Scenopegia (1).  
*Continúa en el capítulo siguiente.*

(1) Es necesario por el paralelo de los dos textos dejar aquí el Evangelio de S. Lucas, para pasar al de S. Juan. Ya hemos visto en el V 51 del cap. ix de aquel evangelista el viaje que hizo Jesus á Jerusalem para asistir á la fiesta de Pentecostes. Mr. Arnoldo supone que el viaje de que habla aquí S. Juan, se refiere á la fiesta de los Tabernáculos. Mas en el texto de este apóstol se advierte que habiendo Jesus tardado en ir á esta fiesta, fuis como en secreto, *quasi in occulto* (Juan. vii. 10); lo que no parece estar conforme con la curacion de los diez leprosos que segun S. Lucas hizo en este viaje; por cuya razon Mr. Toyuard aplica el texto de S. Lucas al que despues emprendió Jesus para concurrir á la fiesta de la dedicacion, del cual habla S. Juan en el capítulo x. Y 32. Pero antes de llegar á esto, es preciso volver á lo que refiere este evangelista de la fiesta de los Tabernáculos.

## QUINTA PARTE,

QUE CONTIENE LO QUE PASÓ DESDE LA FIESTA DE LOS TABERNÁCULOS DE ESE MISMO AÑO, HASTA LA CUARTA PASCUA CELEBRADA POR JESUS DESPUES DE SU BAUTISMO. \*

## CAPITULO PRIMERO.

Fiesta de los Tabernáculos á la cual tarda en ir Jesus, pero al fin va. Sa discurso á los Judios.

S. Juan, VII. 2. y siguientes.

- (2) ERAT autem in proximo dies festus Judaeorum, Scenopegia (1).
3. Dixerunt autem ad eum fratres ejus: Transi hinc, et vade in Judaeam, ut et discipuli tui videant opera tua quae facis.
4. Nemo quippe in occulto quid facit, et quaerit ipse in palam esse: si haec facis, manifesta te ipsum mundo.
5. Neque enim fratres ejus credebant in eum.
6. Dixit ergo eis Jesus: Tempus meum nondum advenit, tempus autem vestrum semper est paratum.
7. Non potest mundus odisse vos, me autem odit: quia ego testimonium perhibeo de illo, quod opera ejus mala sunt.
8. Vos ascendite ad diem festum hunc, ego autem non ascendo ad diem festum istum: quia meum tempus nondum impletum est.
9. Haec cum dixisset, ipse mansit in Gallilaea.
10. Ut autem ascenderunt fratres ejus, tunc et ipse ascendit ad diem festum, non manifeste, sed quasi in occulto.
11. Judaei ergo quaerebant eum in die festo, et dicebant: Ubi est ille?
12. Et murmur multum erat in turba de eo: quidam enim dicebant: Quia bonus est. Alii autem dicebant: Non, sed seducit turbas.
13. Nemo tamen palam loquebatur de illo, propter actum Judaeorum.
14. Jam autem die festo mediante, ascendit Jesus in templum, et dicebat.
15. Et mirabantur Judaei, dicentes: Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit?
16. Respondit eis Jesus, et dixit: Mea doctrina non est mea, sed ejus qui misit me.
17. Si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoscat de doctrina, utrum ex Deo sit, an ego a meipso loquar.
18. Qui a semetipso loquitur, gloriam propriam quaerit: qui autem quaerit gloriam ejus qui misit eum, hic verax est, et iustitia in illo non est.
19. Nonne Moyses dedit vobis legem, et nemo ex vobis facit legem?
20. Quid me quaeritis interficere? Respondit turba, et dixit: Daemonium habes: quis te quaerit interficere?

(\*) En la Armonia esta parte era una seccion de la cuarta; pero me ha parecido mejor hacer de ella una quinta, para que la concordancia se divida en seis partes casi iguales.

CXIX.  
CXIV.  
Scenopegia.  
Christus differt, sed ascendit ad festum. Sermo ejus ad Judaeos.